

Franckesche Stiftungen zu Halle

Criticæ Sacræ Codicis Hebræi P.I. Cap. V. De Lingua Hebræa Atque Chaldæa, Sect. VI. De Literarum Hebraicarum Antiquitate

Carpzov, Johann Gottlob

Lipsiæ, [1722?]

VD18 13485571

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202877



SECT. VI.
DE PRIMA ELEMENTO-
RUM HEBRAICORUM
ANTIQUITATE.

P.I. Cap.V.
de lingua
Hebr.S.VI.

§. X.

Tot autem temporum factorumque vicissitudines, de nativo ac primævo linguæ habitu nihil detriv-
erunt, quin illibata & integra in S. Codice, tam
elementorum ratione, quam punctorum, cum
vocalium, tum distinctivorum respectu, ad nostram
usque transmissa sit ætatem. Primam nunc de literis
tractationem ordo poscit.

I. Ne extra oleas vagemur, status quæstionis probe est de-
finiendus. Ille vero α) primo ac seorsim in integritatem literarum,
posthæc distincte in punctorum vocalium & Accentuum antiqui-
tatem inquirat; multi enim prius haud gravatim admittentes, po-
sterius tamen pertinaciter negant. β) Non quæritur: num ele-
menta Hebræi codicis moderna sint omnium prima? quod ut cre-
damus, facile induci nos patimur, parum tamen refert, si quis ne-
gaverit, neque de eo cum quoquam contendemus. Nec etiam:
num eorum inventio Adamo debeat, an vero Mofi? Illud Tho.
Bangius tuetur *Cæli Orient. Exerc. I. qu. 3. p. 6.* & Matth. Was-
muthus

Gg 2

muthus

P. I. Cap. V. muthus *Vindic. S. Hebr. Script. Sect. II. p. 70. sqq.* hoc Joh. Euseb. *de lingua Nierembergii lib. I. de Orig. S. Script. cap. X. sqq.* Velut autem, *Hebr. S. VI.* ante Moſen ſcriptionem vigiſſe, extra dubium ponimus, ita potuit forte aliquis ex Adami poſteris, tam ſcribendi artificio, quam literarum ductum primus inveniſſe, ut neutri e duumviris iſtis hæc palma debeatur. γ) Non quæritur: an una cum lingua, idem etiam character elementorum, qui a Moſe ad Eſdram, indeque ad noſtra propagatus eſt tempora, inde ab Adamo ad Moſen fuerit in uſu? * δ) Non quæritur: an ductus accidentalis in *αὐτογράφῳ* diverſus fuerit a noſtro, vel in codicibus manu exaratis, vel in impreſſis, hodie conſpicuo? Id enim ultro largimur, cum vel hodie character MSCtorum Orientalium, a characterē codicum Occidentalium, Hiſpanorum ac Luſitanorum, tum etiam forma literarum in MSCtis privatis, ab illa, quæ in codicibus Synagogarum ſacris obtinet, ductu accidentali differat, imo nec impreſſarum editionum omnium typus æque ſibi reſpondeat. Atque huc iſta cum primis referenda eſt obſervatio, quod licet aliam elementorum figuram inde ab initiis reipubl. Judaicæ Hebræi neſcirent, quam ſacram illam & quadratam, a celeriter ſcribentibus tamen alia, eaque neglectior, fuerit inducta, quæ quadratum quidem referre debebat characterem, ſed ſimplicior longe, minusque exacta erat, & in privata profanaque ſcriptione, ſucceſſu temporis, paſſim invaleſcebat, donec cum ſcholarum Palæſtinarum interitu intercideret inter Judæos, reſtaret autem apud Samaritanos, ſedes priſtinas perpetuo incolentes, ubi tamen poſthæc, accedente ſcriptionis cultura, ex rudiori illo ductu Samaritanus demum prodiit character, qui hodiernum apud ipſos eſt in uſu. Liquido id demonſtravit Magnif. D. Loefcherus *de Caus. L. Ebr. Lib. II. cap. I. §. 5.* ex characterē in ficlis

* Varia enim ante- & poſtdiluviani characteris Alphabeta, aliud Sethi, aliud Henochi, aliud Noachi, a viris doctis prodita, ob oculos ponuntur, imo examinantur ac proſtigantur, a laudato Bangio *Exerc. II. qu. 1. sqq.* His adhuc diverſa ac alia addit Scipio Sgambatus *Archivor. V. T. Lib. I. c. VII. & VIII.* & qui ante omnes hic nominandus erat, Guilielm. Geſſée in *de Joodſe Oudheden Lib. I. cap. II. T. I. p. 43. sqq.*

fielis nummisque genuinis obvio, qui nec Samaritanus omnino est, nec plane ab Hebræo alienus, sed inter utrumque velut intermedius, tachygraphicus quippe Judæorum. Quo sensu explicari tolerarique potest eorum sententia, qui duplices Hebræis literas, sacras nempe & profanas tribuunt; licet eam valde exagitarit Waltonus. Verum ^e) istud demum est in quæstione: num character ille מרובע quadratus, quo moderni codices Hebræi exarati leguntur, qua substantiam suam, idem sit cum eo, quo Moses & Prophetæ libros suos in αὐτογράφοις consignarunt? an vero noster recens sit adoptatus, quo post reditum e captivitate, primum Esdras cum Collegis, priori repudiato, & Samaritanis relicto, libros sacros descripserit?

II. Prius affirmant, negant postlerius, multi graves doctique viri, & in his cum primis, quibus intemerata codicis authenticæ sinceritas curæ cordique est, * quos inter b. Wasmuthus omnium

G g 2

copio.

* E *Judeis*, tum priscis Mischnicis atque Gemaricis R. Jehuda Sanctus, R. Eliezer Hakkalir, Raf Chasda, R. Jeremias & R. Levi, necnon Cabbalisticæ, tum recentiores, Aben Esra, Raschi, Majmonides, R. Obadias de Bartenora, Ephodius, Abrah. de Balmis, R. Sam. Arcuvolti, R. Afarias, aliique, quorum testimonia cumulate congestit, & cum cura expendit Buxtorffius loco mox cit. §. 24 sqq. E nostris b. Wilh. Schickardus in *Bechinath Happeruschim* p. 82. b. Gerhardus *Exeg. Loc. I. de Script. S.* §. 115. p. 128. b. Calovius *Crit. Sac.* p. 325. b. Th. Bangius c. 1. *Exerc. III.* b. Laur. Fabricius *Part. Cod. Ebr. Cap. II.* edit. Cren. p. 239. b. Dilherus *Eclog. Sac.* §. 10. Atr. 20. b. Jo. Bened. Carpzovius ad *Schickardi* *an-* *not.* p. 102 sqq. b. Pfeifferus *Crit. S. cap. IV. S. II. qu. 1.* p. 72. b. Casp. Neumannus in *Genes. L. sanct.* p. 35. Magnif. D. Læscherus de *C. L. E. Lib. II.* cap. 1. §. 14. p. 216 sq. Pl. Rev. D. Jo. Mich. Langius, pec. *Disp. de Character primæ Biblior. Ebraic.* Altorff. A. 1685. E Pontificiis, Joan. Picus, Comes Mirandulan. in *Epist. XLVI.* Guil. Postellus *lib. de Originibus* cap. 5. Marcus Marinus Brixienfis in *Arca Noë*, s. *Thesauro L. S. Cæsar Baronius Annal. T. II.* p. 292. Hugo Broughtonius in *Concentu S. Script.* p. 176. Scip. Sgambatus cit. loc. Ex Reformatis, Theod. Bibliander de *optimo genere Gram. Hebr.* p. 76 sq. Franc. Junius ad *lib. 2. Bellarm. de V. D. c. 1.* Nic. Fullerus *Miscellan. sacr. lib. IV. c. 4.* Buxtorffius *Dissert. Phil. Theol. IV.* quæ est de *literarum Hebraic. genuina antiquitate.* Hottingerus in *Exercit. Anti-Morin.* Jo. Lightfoot. *Hor. Ebr. ad Matth. V. 18.* T. II.

P. I. Cap. V.
de lingua
Hebr. S. VI.

copiosissime, & insigni cum eruditionis apparatu, hanc causam peroravit, c. l. cap. I. Sect. I. & II. ut eo nobis liceat esse brevioribus. Characterem itaque quadratum, qui hodie in codicibus Hebræis obtinet, authenticum, & a Mose virisque Θεοπνεύστοις jam in ἀποκάλυψις adhibitum fuisse, probamus I. ex Matth. V, 18. ubi paræmiali sermone Salvator, minimum quodcunque momentum de legis substantia & sensu interiturum negans, ad eam legis litteram provocat, quæ in exiguitatis minimæ exemplum allegari poterat una præ ceteris omnibus, nempe ad *Jod* vel יוֹד, unde recte & valide argumentamur: In quocunque alphabeto littera *Jod* omnium est minima, illud, ceteris paribus, est Alphabetum, quo lex originaliter est exarata; Atqui in alphabeto quadrato Hebraico littera *Jod* omnium est minima, Ergo alphabetum quadratum Hebraicum est, quo lex originaliter est exarata. Frustra eris, si de Samaritanorum *Jod* מ argumentum vel phrasin duxisse Christum dixeris, in quorum alphabeto literas quascunque alias illud adæquat, quasdam etiam superat, ut *Schin*. Diffidens huic argumento Markius cit. loc. §. 3. p. 64. ingeniose excipit, quod verba salvatoris paræmialia, prout a Matthæo Græco sunt expressa, quomodocunque sensum eundem Syriace forte significaverit ipse loquens, respiciant ad litteras Græcas, inter quas omnino est Vocalis יוֹד non tantum, sed & figuram minimam unius minime lineolæ habet. Qualem respectum prorsus etiam observamus in יוֹ A, tanquam prima, & יוֹ Ω, tanquam postrema littera Apoc. I. 8. u. XXI, 6. XXII, 13. uti illic subjicitur ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, atque apud Judeos in *Falkuth* & alibi respondet illud מן אלה ועד תיר Neque enim de figura יוֹד non mutanda, sed de ipsa illa littera non præteritura, seu interitura prorsus, loquitur Salvator noster; quæ, sive una, sive altera figura pingatur, utroque in casu omnino permanere censenda est. Resp. 1) Valeret ista loci interpretatio, si verba illa Evangelistæ essent, Græce ad Græcos scribentis; at cum ipsissima Salva-

toris

T. II. Opp. p. 283. Steph. Morinus de lingua primæva Exerc. II. cap. X. p. 317. Leusdenius Phil. Ebr. Disp. XI. & XII. Gulletius in Comm. L. Ebr. p. 567. & recentissime Jac. Rhenferdus Dissert. VIII. Opp. Philolog. p. 325. & Joh. Marckius ad selectos Textus N. T. Diff. II. §. 4. p. 65.

toris verba reddat Matthæus, quibus ad Judæos, Græcæ linguæ ignaros, est usus, absurdum fuerit, eum ex alphabeto Græco proverbium phrasique petiisse, ad convincendos homines, Græce *ἀναλ-
Φαβήτες*. Dispar longe ratio in locis citat. Apocalypticis est, ubi Filius Dei Johanni loquitur, Græce callenti, & Græce Græcis scribere jussu, cui adagium a literis petatum allegans, ad nullum aliud, quam Alphabetum Græcum, accommodare poterat. Ut imperite perquam hi loci cum nostro conferantur, propter insignem auditorum diversitatem. Quin etiam hic Salvator ad legem respicit, ita consideratam, ut a Deo lata, & sine ulla sui, sive in charactere, sive in vocibus ac sensu, mutatione, hucusque conservata, & facta tecta in posterum erat servanda. Ergo de lege in illa lingua loquitur, quæ eidem originalis est, & cui speciali privilegio advigilat providentia divina. 2) Phrasin autem, non a figura *ל'יטרא*, sed ab ipsa litera non interitura prorsus, esse petitam, id oppido falsum est. Colligit enim Salvator a minori, & absolute, ne minimam quidem legis literam, quæ sit *יטרא*, excidere posse, testatur, adeoque literam *יטרא* eo respectu allegat, quo literarum totius legis est minima. Litera ergo *י*, cum non sane in sono, vel in significationis sive Grammaticæ, sive Arithmeticæ valore ac potestate, sed in figuræ, qua pingi solet, magnitudine vel mole, exiguitate sua reliquis omnibus cedat, nervus argumenti & vis adagii postulat, ut ad figuram respexerit Christus, non ad literæ substantiam. II. A confusione literarum Hebraicarum apud translatore Chaldaeos, Græcos, Latinos, & vel maxime in transcripto codice Samaritano. Unde hunc in modum argumentamur: Quodcunque alphabetum affines habet illas literas, ex quarum confusione evidentes promanarunt errores, in versiones Chaldaicas, Græcam, Latinam, & in codicem Samaritanum, illud originale est codici S. Hebræo; versiones enim istæ ideo vitiose legunt, quia literarum quarundum similitudo minus attentum fefellit lectorem vel translatores, ut in genuinæ & authenticæ locum literam surrogaret affinem, eumque adeo arguunt fontium characterem, qui in hac vel illa voce literas habebat sibi perquam similes, & facili errore permutabiles. Atqui Alphabetum Hebræorum quadratum (non Samaritanum, vel aliud

P.I. Cap. V.
de lingua
Hebr. S. VI.

aliud

P.I. Cap.V.
de lingua
Hebr. S.VI.

aliud quodcunque) affines habet literas illas, ex quarum confusione evidentes promanarunt errores in versiones &c. Ergo alphabetum Hebræorum quadratum, originale & authenticum est codici S. Hebræo. Affines Hebræi characteris literæ sunt כ & ג & נ & ה & ו vel ת & י & ז ut א & מ & ס & ע & צ & ך & ן & ם & ץ Ha-
rum autem literarum perperam permutatarum exempla ingenti syl-
va suppeditat, ex versione Græca LXXrali Hottinger. Thef. Phil.
lib. I. Cap. III. Sect. III. qu. 15. p. 356. sqq. ex Græcis, Chaldaicis
& Latina, Lud. Capellus Lib. IV. & V. Critica Sac. ex Samaritano
codice sigillatim Steph. Morinus de lingua primæva Exerc. II. cap.
VII. p. 199. sq. ex Græca, Chaldaicis & Latina, Idem cap. VIII. p.
236. sqq. Quo major autem literarum illarum est dissimilitudo ap-
ud Samaritanos, eo patet liquidius, confundi eas non potuisse a
translatore, si fontes Samaritanos habuisset, contra vero Hebræos
illum secutum fuisse, qui lapsus ejusmodi & confusionem charac-
terum de facili admitterent. Sic v. g. Ps. XIX, 14. pro מזרים
LXX legerunt מזרים, vertentes ἀπὸ ἀλλοτριῶν: Ezech. XXXIV,
16. pro אשמיר legerunt אשמיר Φυλάξω, cum ר confunden-
tes, quod cum primis in vocibus אחד & אחד frequentitissime ipsis
usu venit: ita pro ה legerunt ח, Ps. XXIX, 2. pro בחרת קרש
supponentes בחדרת, & reddentes ἐν αὐλῇ ἀγία αὐτοῦ: sic Jes.
XXXVIII, 14. pro ו in סוס legerunt סיס, ex equo hirundinem
exculpentes: pro ת leg. ח Jes. XXXVII, 25. שתי מימם reddentes
ἐξημαρσσε ὑμᾶς, quasi esset שתתי &c. Pariter Chaldeus para-
phrastes Ps. XVIII, 46. pro ב in כלו cadent, concident, legit כלו
reddens יסופון consummentur: Ps. CIV, 15. pro ל in להצהיר ad ex-
bilarandam faciem ejus oleo legit להצהיר, dum reddit לאנהרא
ad illustrandam faciem &c. Haud secus Vulgata Latina ח pro ה
legit, Gen. XLIX, 10. donec veniat שילה scibilo, Vulgat. qui mitten-
dus est, ac si esset שילה: 1. Sam. VII, 2. וינחו & gemuerunt filii
Israelis Vulg. requievit omnis domus Israel, quasi esset וינחו Neh.
I, 7. חבור חבלנו corrumpendo corrupti sumus in te, at Vulg. va-
nitate seducti sumus, ac si esset חבול חבלנו &c. Denique Samari-
tanus codex Gen. VII, 19. pro הגבוהים legit הגבוהים: Exod. XIV,
24. pro ויהם legit ויהם: Gen. XXXI, 18. 26. pro וינהג & וינהג
legit

legit יכחנ & תכחנ nullo prorsus sensu, cum nulla plane detur ra-
 dix כחג; Gen. XXXIX, v. 20 sqq. הסחר *carcer*, quater legit הסחר *de lingua*
negotiationem, & sic innumeris aliis in locis. III. ab impossibili. Per *Hebr. S. VI*
 Assyriacam captivitatem ingens Judaicæ gentis colonia in Assyriam
 & Mediam, per Babylonicam Nebucadnezaris haud minor gentis
 turba in Babyloniā & Persiam, per reliquiarum gentis fugam 2,
 Reg. XXV, 26. Jer. XLI, 1 sqq. XLIII, 6. insignis copia in Ægy-
 ptum delata, indeque porro longe lateque dispersa, libros sacros si-
 minus omnes, aliquos tamen & præcipuos, secum portabat, & ad
 usus cum publicos, tum privatos, servabat & describebat caractere
 primævo & Mosaico. Numne ergo fieri potuit, ut post reditum e
 captivitate, Esdras cum Synagoga M. omnia plane vetusta codicis
 sacri exempla ex tot orbis angulis extirparet, Judæorum manibus
 per universum fere orbem extorqueret, collecta in cumulum abole-
 ret, & in eorum locum nova exemplaria, caractere diversissimo
 exarata, tam incredibili fere copia, tantoque numero, quantum
 exigebat necessitas, surrogaret? Quis porro persuadere sibi patiatur,
 Judæos tam late dispersos, in Esdræ & Judæorum Palæstinenfium
 scriptionem consensisse, misso & abjecto primævo illo, atque a Mo-
 se ad sua usque tempora propagato caractere? cum pervicacissi-
 ma gentis indoles, & tenacissima prisce moris religio dicam, an su-
 perstitio, passa nunquam fuisset, ut characterem Θεόδοτος, quo
 tabulas legis Dei digito signatas acceperat, cum novo, ab idolola-
 tris mutuato, permutaret caractere, & sanctissima Numinis oracu-
 la, quæ ex omnibus divinitatis documentis reduci genti una suppe-
 tebant, gentili & profano indueret schemate. Commodum nunc
 incido in viri summi, Ezech. Spanhemii *Dissertatt. de præstantia &*
usu Numismatum antiquor. qui Dissert. II. hanc nostram quoque li-
 tem tangens, To. I. p. 64. graviter pronunciat: *Vero utique magis*
consentaneum videtur, statuere, restitutam ab Esdra, una cum ve-
teri gentis traditionum tenacissime cultu, & sacro codice, eandem,
qua olim ille fuit exaratus, scripturam; quam uno Samaritanorum
odio, eam ab illo fuisse continuo immutatam; prioremque, qua a
Deo fuerat velut consecrata, Samaritanis demum, quos eodem cum
gentilibus loco habuerunt, ut id a Talmudicis & Mischnicis quidem

Hh

Doctort-

P.I. Cap. V. Doctoribus, aliisque Magistrorum coryphæis dicitur, relictam ad de lingua firmare. Unde ita colligere licet: Si fieri non potuit, ut vel longe *Hebr. S. VI.* lateque per orbem sparsa librorum sacrorum exemplaria coacervaret ac aboleret Esdras, novaque ac Chaldaico exarata caractere, per tot diffusissimas orbis partes ac provincias Judæis suppeditaret; vel universæ gentis, tam late per orbem patentis, tam pervicacis & eorum, quæ ad religionem ac sacra spectant, tenacis in transfundendis in profanum ac gentilem characterem libris sacris, impetraret consensum, consequens est, hæc talia quoque actu nunquam evenisse. Contrarium qui contendit, ut evidentissimis vel testium omni exceptione majorum, vel rationum momentis hoc miraculum doceat & ad oculum demonstret, ante habet necesse, quam characterem quadratum de bonæ fidei possessione antiquitatis deficiat ac deturbet. Mitto reliqua, quæ in hanc sententiam, a defensoribus ejus, in aciem producuntur argumenta, v. g. a literis כמנפס f. finalibus collato Jes. IX, 7. a cidari Pontificis, literis quadratis inscripta, a literarum hinc nominibus Hebraicis eorumque significatione, hinc qualitate & forma, singularem spirante antiquitatem & majestatem &c. a fidelis Hebraicis, caractere quadrato signatis &c. quæ & alia, cavillis ac exceptionibus Adversariorum haud proleteriis exposta, bonam causam in suspensionem fere adducunt, sublestantque ejus fidem reddunt.

III. Ut autem plana isthæc sit & solida demonstratio, tantum tamen abest, ut communem Doctorum meruerit calculum, ut insignes potius summorum Philologorum adversus se excitarit clamores. Agmen ducit Hieronymus, qui *Præfat. in lib. Regum, To. IV. Opp. p. 7.* Samaritanis literis antiquitatis principatum defert, & pro certo habet, *Esdras scribam, legisque doctorem, post captam Hierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabele, alias literas reperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* Hujus vestigia, accedente uno vel altero e Judæis, magni presserunt viri, * hinc negantes,

* E. Judæis R. Jose & Mar Zutra, vel ut alii volunt, Mar Ukba in Talmude Babylon. Mass. Sanhedrin cap. II. & recentiores Magistri, R. Joseph Albo

negantes, characterem Hebraicum modernum, genuinum esse ac veterem, quo Moses legem a Deo in tabulis signatam accepit, suosque ipse libros exaravit, hinc asserentes, vera & antiqua Hebrææ linguæ elementa, quibus *αὐτόγραφα* sacra fuerunt exarata, ea fuisse, quibus hodie utuntur Samaritani, quadratam autem codicis nostri literaturam Assyriacam extitisse, ab Esdra primum, post reditum ex captivitate Babylonica, cum sacra restauraret, & codices

*P.I. Cap.V.
de lingua
Hebr.S.VI.*

Bibli-

Albo lib. *עקב* Orat. III. cap. XVI. fol. 81. col. 2. & qui easdem cum Albo tibias inflare perhibentur a Drusio *Alphabeti Hebr. Vet. p. 11.* Judæi Hispani, Moses Gerundensis, Abrahamus Salmanticensis, ac alii, quibus Spinofam accenseo in *Compend. Grammat. p. 5.* E Pontificiis, P. Galatinus lib. I. de *Arc. Cath. Verit.* Bellarminus lib. II. de *V. D. cap. 1. & Institut. Grammat. p. 11.* Arias Montanus lib. *Tubalcain, s. de mensuris sac. Vol. 3. de scl.* Sixt. Senensis lib. II. *Biblioth. S. p. 115.* Gilb. Genebrardus lib. 2. *Chronol. ad A. M. 3603.* Joh. Morinus in *Exercitat. ad Pentateuch. Samarit.* Henr. Corn. Agrippa I. III. de *occulra Philosoph. c. 30.* Jacob. Bonfrerius *Comm. in Gen. XI, 1. p. 173.* Villalpandus in *Ezechiel.* Huetius *Dem. Ev. Prop. IV. Cap. XIII.* Joh. Eusebius Nierembergii *de orig. scr. lib. IV. cap. 16. & l. XI. c. 10.* & Anonymus Gallus in *Receuil de Dissertations Critiques sur des Endroits difficiles de l'Ecriture sainte &c. a Paris, A. 1715.* Dissert. I. quæ tota est *sur les medailles Hebraïques, appellées communement Medailles Samaritaines, & sur les premieres lettres Hebraïques.* Ex *Reformatis* Jos. Scaliger. in *animadvers. ad Chron. Euseb. p. 62. 103.* item *Lib. VII. de emendat. tempor. p. 685.* & *lib. III. Epist. 2. 2. II.* Caufabonus in *Exercit. contra Baronium,* Casp. Waserus *de numis Ebr. cap. III. p. 62.* Sixt. Amama in *Anti-Barbaro,* Sam. Bochartus in *Phaleg. Jo. Drusius cap. 57. Commentar. ad diff. Loc. Exod. p. 223. sq. & in Alphabeto Ebr. veteri,* Jo. Seldenus lib. *de Jure N. & G. juxta Hebr. discipl. cap. VI. p. 198.* Waltonus *Proleg. Bibl. III. p. 240 sq.* Isaac Vossius *dissert. de LXX Interpret. cap. 29. & de oracul. Sibyll. cap. 15.* Ed. Brerewood *de pond. & num. cap. 1.* cum primis autem Lud. Capellus primum in *Arcano punct. Lib. I. cap. 6.* dein ex instituto in hanc arenam cum Buxtorffio descendens, edita *Diatribæ de lit. Ebr. Dav. Clericus quæstion. sacrar. VII p. 43.* denique Wilh. Goerée in *de Joodse Oudheden Lib. I. cap. III. p. 34 sqq. & Balmagius in Histoire des Ouvrages des Savans A. 1709. mens. Januar. Artic. IV. p. 32 sqq.* Ex *Remonstrantibus,* Hugo Grotius in *notis ad lib. V. de verit. Relig. Christi. Et in Annotat. Bibl. Gerh. Joh. Vossius Lib. I. Aristarchi cap. IX. & XXXI.* Jo. Clericus *Comm. in Genesin & Art. Criticæ P. I. cap. IV. §. 1. p. 74.* E nostris denique Barth. Mayer in

Hb 2

Prodre-

P. I. Cap. V. de lingua Hebr. S. VI. Biblicos ipse describeret, ac describi curaret, in characteris pristini locum surrogatam fuisse. Mutationis autem hujus causas Esdræ suppetiisse gravissimas tradunt ap. Wilh. Goërie *c. l. p. 80. partim*, quod Judæi in LXX. annorum captivitate his elementis magis essent adfueri, quam patriis, quibus majores eorum in Palæstina fuerant usi; *partim*, propter internecinum inter Judæos & Samaritanos odium, quod eo valuerit, ut eodem cum illis characterē uti amplius nollent, ne vel quicquam cum eis haberent commune; *partim*, sapientissimo Numinis consilio, quo hoc ipso quoque externo documento adumbraret, instare proxime tempus Messiae, qui labio novo, gratiæ ac veritatis pleno, divinam Patris voluntatem orbi sit annunciaturus. Utut vero inter eos, in summa rei conveniat, de Hebræarum tamen literarum ortu, non omnium eadem mens est. Alii enim cum Hieronymo, ab Esdra ex ingenio inventas primum fuisse tradunt, quibus tamen ipse se Waltonus opponit: Joh. Scaliger eas ex corruptis Syrorum literis, atque has rursus e Samaritanis, s. Phœniciis, enatas contendit, licet non habeat, unde vel colorem assertio conciliet: Spinosa easdem ipsos Syrorum vetustos characteres esse perhibet, quos Esdras præ antiquis Hebræis literis elegerit, gentique Judaicæ posthac usurpandos tradiderit: Rich. Simonius denique eas genuinas & veteres Chaldæorum literas appellat. Superest nunc, ut eorum argumenta in compendium missa, paucis expendamus.

IV. Rationes asserti petuntur I. a fidelis, qui ante captivitatem Babylonicam, imo & ante decem tribuum a regno Judæ avulsionem, & omnino Davidis vel Salomonis ætate sint cusi, characterē signa-

Prodromo Philol. S. p. 39. & P. II. Philol. sac. cap. 2. p. 130. Christi, Ravius *delineation. orthographiæ & Analogiæ Ebr. p. 31. n. 55.* Herm. Conringius in *Paradoxis de nummis Ebr. cap. VI. p. 47.* Andr. Sennertus in *Schediasmate de linguis Orientalibus cap. VI. p. 18.* quem quidem, in hac controversia, vix satis sibi constituisse arbitror, cum sub ejusdem Sennerti Præsidio A. 1641. & 1643. M. Jo. Ernestus Bornitius, gemina Disputatione, *pro Germana Characteris Judaici antiquitate*, Esdræ multo antevortente, ipsisque sacris monumentis æquali, feliciter decertaverit: Busmannus *Exercit. de literis Ebræor. antiqu. ab Esdra in Assyriacas mutatis.*

signati, proxime ad Samariticum accedente. Hic ille Achilles est, *P.I. Cap.V. de lingua Hebr. S. & Wilh. Gœrœe, qui loc. cit. p. 76. multos qui-*
 quo maxime nituntur sententiæ patroni, Waltonus *Proleg. Bibl. H. de lingua Hebr. S.VI.*
 dem in his nummis supposititios occurrere largitus, esse tamen et-
 iam genuinos & antiquos contendit, quos nitide ari incisos repræ-
 sentat, & in quibuseos cum primis commendat ac urget, quorum
 inscriptio: *Sichus Israelis*, eam arguat ætatem, qua nomen Israelis
 omnibus adhuc commune esset XII. tribubus, & Salomonis imperi-
 um vel anteverteret, vel exæquaret. Resp. α) Hic ante omnia in
 initia signatæ apud Judæos monetæ inquirere convenit, quæ ad Sa-
 lomonis imperium assurgere, nemo satis liquido demonstratum
 hactenus dedit. Virum doctissimum, Adrian. Relandum si audia-
 mus, mos iste, signandi nummos impressâ imagine, & literas iis
 inscribendi, vix templi secundi adæquat ætatem. Juvat ejus verba
 audire, quæ *de Nummis Samaritan. Diss. I. p. 7.* ita habent: *Anti-*
quissimis temporibus solebant Hebræi nummos ponderare, & certam
argenti aurive quantitatem ad stateram expendere, non Abrahami
tantum ævo, ut docemur Gen. XXIII, 16. sed & Davidis, 1. Chron.
XXI, 25. & Jeremiæ, in libro ejus cap. XXXII, 9 Quibus in locis cum
mentio fiat ponderationis, etiam si nummi exiguo numero solvendi
essent; nuspian vero in codice veteris Instrumenti nummos cufos esse
legamus, tuto credimus, ætatem nummorum cuforum ad tempora
templi secundi decere referri. Cujus sententiæ contrarium a nullo
hactenus demonstratum fuit. Verum stante templo secundo, nummos a
Judeis cufos fuisse nullus, quod credam, virorum eruditorum negabit.
 Quamvis autem nullus dubitaverim, siclos, quorum frequens apud
 Mosen, ante Regum tempora, & sub templo priori fit mentio, sig-
 nata pecunia constituisse, & tractatæ ab Israelitis monetæ cufæ vestigia
 occurrant Gen. XXXVII, 28. 2. Chron. XXXIV, 14. 17. &c. id ta-
 men certum exploratumque est, nullum in lucem protractum ha-
 ctenus fuisse siclum vel nummum genuinum, qui Chalmonæorum,
 & Simonis cum primis Maccabæi, ætatem antevertat. Unde chara-
 cterem, quem sistant, Salomoni, vel templo priori supparem, neuti-
 quam evincunt. β) quod autem ad illos nummos sigillatim attinet,
 qui hodie in cimeliis asservantur, parum eis pretii statuit pruden-
 tissimus

P. I. Cap. V.
de lingua
Hebr. S. VI.

tissimus Judaicæ antiquitatis æstimator, Jo. Christ. Wagenfeilius, cui *Comment. in Sota, ad Mischnæ cap. IV. p. 575. sq. verisimile videtur, non extare ullam amplius, veræ antiquitatis, Hebræorum monetam, usquam gentium, sed omnem omnino pridem perisse funditus.* Provocat eo sine ad insignem eruditionis nummariae statorem, Carolum Patinum, hic inquit, vir eximius, & Antiquitatum promus condus istud magna assèveratione nobis confirmavit, non reperisse se in omnibus gazis nummum Hebræum, qui fidem male ambulanti potuisset obtegere. Quod ut de siclis, nummisque, qui Hebræo & quadrato caractere signati circumferuntur, suamque ultro produnt *voθέων*, facile largior, ita viros summos de Samaritanis nummis pariter intellectum voluisse, mihi non persvadeo. Horum enim plerique, sagacissimis nummorum veterum arbitris, Conringio, Relando, & Illustri cumprimis Spanhemio, ita sese probarunt, ut de genuina illorum antiquitate ac fide nihil quicquam dubitarent. Utut Bagnagius *cit. locop. 60.* utrorumque sollicitet fidem, eosque qui Samaritanas literas præferunt, nec a Judæis cusos admittat, nec a Samaritanis. Non ab illis, qui Samaritanorum sane, invisorum adeo schismaticorem characterum, ad grates Deo agendas, suæque monumentum liberationis statuendum, nunquam adhibuissent; nec ab his, quos tanta Sionis, & religionis Judaicæ, cura non tangebatur, ut nummis illam celebrarent. Quin potius eos seculo II. post C. N. ab impostoribus suppositos, satisque antiquos esse p. 70. hariolatur, qui genuinæ antiquitatis opinionem viris, in hac palæstra licet valde exercitatis, hodie inspirent. Id vero est, quod negamus, literas quas referunt, easdem esse cum Samaritanis, quas tachygraphicas potius Hebræorum esse, superius asseruimus, & *αυτοψία* demonstrat. Unde consequitur, Chasimonæorum ætate, qua nummi illi sunt cusi, & subsequente tempore ad Hieronymum usque, alium inter Judæos viginisse characterem vulgarem & quotidianum, qui in privatis Judæorum scriptis, monetis & siclis adhibebatur, alium solennem veluti & sacrum, cujus in monumentis publicis, & scriptis sacris, erat usus. Confer Buxtorff. *cit. diff. §. 46. p. 213. sqq.* & Spanhem. *cit. loc. To. I. 64.* Nec abludit mos, qui hodie inter Judæos obtinet, ut alio utantur caractere, rotundo minusque exacto & distincto, in epistolis

pistolis familiaribus & scriptis privatis, alio, quadrato nempe & Bib. *P. I. Cap. V*
 lico, in codicibus sacris, Mesusoth, phylacteriis, libellis repudii & *de lingua*
 instrumentis dotalitiis, aut judicialibus & publicis. Unde omne, *Hebr. S. VI.*
 quod pro antiquitate Samaritani characteris Patroni ejus ex nummo-
 rum inscriptionibus exsculpunt, argumenti robur penitus expirat.
 γ) Nec, nisi inepte, ex voce *Israel*, quam nummi præ se ferunt, ad
 illa colligitur tempora, quæ divisionem regni fuerunt antegressa.
 Hanc enim appellationem reduci populo, ad Apostolorum ætatem,
 promiscue competiisse, Esdræ & Nehemiæ libri, Zachariæ & Ma-
 lachiæ vaticinia, & Pauli ad Romanos Epistola affatim docent.
 δ) Nec felicius procedit argumentatio Anonymi Galli, inter defen-
 sores sententiæ paulo ante citati, qui omnium, quos vidi, operosissi-
 me hoc argumentum excussit, p. 27. autem ita colligit: inscriptione-
 nes horum nummorum pure sunt Hebrææ, ergo character, quo de-
 lineantur, Hebraicus est; si vero Hebraicus, ergo vetus est Hebræo-
 rum character, qui ante captivitatem Babylonieam erat in usu. Pa-
 ri enim valore de epistola quadam Judæi moderni colligeres; epi-
 stola est pure Hebraica, ergo character Hebræo, si vero Hebraico,
 ergo vetere illo & genuino, quo utebantur Moses & Prophetae.
 Quemadmodum enim Judæi moderni in tabulis privatis & familiari-
 bus epistolis, etiam pure Hebraica moderno tamen & recentiori cha-
 ractere scribunt, ita dubium non est, quin idem Judæis reducibus
 ex captivitate, eorumque posteris usu venerit. Utut itaque chara-
 cter nummorum Hebraicus sit, non tamen antiquissimus, sed eo-
 rum est temporum, quibus eudebantur nummi, nec sacer quidem
 ac solennis, sed vulgaris, e tachygraphico usu receptus. Argutan-
 tur II. ab Appellatione, quia literæ codicis moderni a Talmudicis vo-
 cantur Assyriacæ, **שעלו עמם מן אשור**, eo quod ascenderint cum
reduce populo ex Assyria. Hinc in Gemara *Tr. Sanhedrin. cap. II.*
fol. 21. col. 1. Esdras legem Israelitis dedisse perhibetur **בכתב אשורי**
scriptura Assyriaca. Lud. itaque Capellus, postquam prolixè in
 hujus denominationis rationem inquisiverat, tandem decernit, ideo
 hanc scripturam Assyriacam fuisse dictam, quod revera Assyriorum
 & Chaldæorum, seu Babyloniorum propria fuerit, a quibus eam
 Esdras acceperit, atque tradiderit Judæis. Idem evincere satagit
 David

David

P.I. Cap. V. David Clericus *cit. quest. VII. 49.* Ad hæc una sufficiat Respons. *de lingua* Magnif. D. D. Lœschneri *c. l. §. 7. p. 209.* Judæos, qui in Chaldæa at-
Hebr. S. VI. que Assyria habitabant, longe diligentius tractasse linguam sacram, quam eos, qui in Palæstina degebant; nec dubium esse, eosdem in asservandis etiam, ampliorique cum industria effingendis majorum literis sedulos magis fuisse, quam reliquos, qui celeriore scribendi rationem, quæ ad Samaritanam dein accedebat, adoptarunt. Inde evenisse, ut veræ antiquissimæque literæ a nonnullis, præsertim priobus istis Judæis, Assyriæ nominarentur, non secus ac Philo, linguam sanctam, Chaldaicam appellavit. Nomen vero Ebrææ scripturæ remansisse depravatis illis & tachygraphicis literis, quas Palæstinæ incolæ Hebræi retinuerunt. Eandem ob rationem Gemarici doctores eam, quæ hic Hebræa dicitur, literaturam vocant **כתב לבונה** *scripturam Libonæam*, h. e. eam, quæ Galilæis præsertim, alii que ad Libanon montem propius habitantibus familiaris erat. III. ex Ezech. IX, 4. ubi vir civitatem mediam transire frontesque virorum gementium & dolentium signo **ת** notare iussus, non alio usus creditur signo, quam elemento **ת**, quod *σαυγοειδής* sive cruciforme fuerit. Ast cum **ת** Assyriacum, sive quadratum nullibi figuram crucis exprimat, sequi omnino, illo tempore alias & Samaritanas quidem literas in usu fuisse Judæis. Multum in hoc argumento ferociunt Isaac. Vossius *de transl. LXX Interpp. cap. 29. p. 92. sqq.* & Busmannus *cit. loc. §. 7. sqq.* Resp. Meris suppositis universa hæc nititur interpretatio, α) vocem **ת** technice, pro figura elementi linguæ Hebrææ, hic loci sumendam esse, quam tamen præstantissimi plurimique interpretes appellative, in notione *signi* accipiunt, velut Job. XXXI, 35. **ת** *signum meum* legitur: β) figuram literæ **ת** in alphabeto Hebraico tunc temporis *σαυγοειδής* fuisse, sive cruciformem, quod in gratiam *ὡποθέσεως* citra probationem assumitur: γ) Samaritanum literæ **ת** characterem crucis referre figuram, quod *αὐτοψία* refellit, quæ **ת** Hebræum ita **א** reddit. Ut mirari subeat, qua demum fiducia tantum roboris huic argumento tribuere viri docti audent. IV. ex characterem moderno, quo Chaldaica exprimitur. Quæ enim in Daniele & Esdra, tum & in Targumim Chaldaice leguntur, hodierno videas scripta characterem Hebræo. Unde

Unde colligitur, vel alium fuisse olim Chaldæorum characterem, qui qualis fuerit, & quando mutatus, doceri plane nequit, vel ipsissimum fuisse, quem hodie tenemus, Hebraicum. Jam cum Dan. I, 4. procerum Hebræorum filii, ingenio & doctrina pollentes, & quibus Hebræa lingua vernacula, nec ignota erat ejusdem scriptura, nihilominus **ספר ולשון כשרים** *scripturam & linguam Chaldæorum*, singulari studio edocti perhibeantur, liquet inde, diversum olim characterem obtinuisse Hebræos ab illo, quo scribuntur Chaldaica. Resp. α) potius Chaldæis aliæ ac diversæ a modernis Hebraicis literæ sunt tribuendæ, quæ num cum Syrorum characterem Estrangelo conspirarint, quæ multorum est sententia, in medio relinquimus; pro certo habentes, Prophetas in textu authentico, & Targumistas, in gratiam gentis suæ, Hebræo, ceu omnibus noto, maluisse quam Chaldaico characterem, in Chaldaicis exprimendis uti, ut promptior esset lectio, nec populus peregrino turbaretur characterem. Unde factum, ut Chaldaicæ literæ, una cum lingua, non transirent ad populum Judaicum, qui Chaldaica Hebræis vernaculo characterem scribebant. Id quod frequenter usu venit iis, qui non secundum Grammatices præcepta, sed ex quotidiana consuetudine & convictu, linguam exoticam addiscunt, ut satis expedite loquantur, characteris tamen nescii maneant, quod plebi captivæ inter Chaldæos pariter evenisse, vero ab simile non est. Sic etiam num sæpe videas Arabica characterem Hebræo scripta, velut in Bibliotheca publica Lugduno-Batava, ex Legato Scaligeriano, servatur Maimonidis *More Nevachim*, codex Arabicus, sed characterem Hebræo manu exaratus, *Catal. p. 279. n. 8.* item Chronicon Samaritanorum, dictum *Liber Josue*, idiomate Arabico concinnatum, sed characterem Samaritano a librario scriptum, *Catal. p. 281. n. 44.* & in impressis libris, v. g. in Schindleri *Lexico Pentaglotto*, in Pocokii *Porta Moysi* &c. nec tamen inde colligere licet, Arabibus eundem cum Hebræis characterem vernaculum esse. β) Captivos autem adolescentulos necesse fuit addiscere, una cum lingua, etiam Chaldæorum alphabethum & scribendi rationem, verum præterea quoque artes ac disciplinas, jura & leges Chaldæorum, quia in negotiis

P.I. Cap. V. tiis Regis ac regni administratione, ad officia publica in Persarum
de lingua regno erant admovendi. Hinc ספר ולשון in alleg. loco, non
Hebr. S. VI. tam literas & linguam, quam univerlam Chaldæorum literatu-
 ram, una cum lingua, notare, viri docti dudum observarunt. V.
 Eusebii urgentur & Hieronymi testimonia, quorum ille in *Chro-*
nico ad A. M. 4740. ubi de Esdra, eruditissimo legis divinæ magi-
 stro agit, Waltoni & Conringio addere perhibetur: *affirma-*
turque divinas scripturas memoriter condidisse, & ut Samari-
tanis non miscerentur, literas Judaicas commutasse: hic vero *pro-*
logo galeato in 1. lib. Regum certum esse affirmat, quod Esdras
 alias literas repererit, quam quibus nunc utimur. Resp. Eusebii
 verba, quæ, in editione Scaligeriana nuspiam leguntur, suppositi-
 tia, & præter fidem veterum codicum, a recentiori manu textui ad-
 dita esse, graviter evicit Illustr. Spanhemius *de præstant. & usæ*
numism. Antiqu. Dissert. II. Tom. I. p. 63. cui mirari haud parum
 subit, eo Eusebii, tanquam certissimo auctoris illius testimonio,
 confidenter adeo uti sententiæ illius de immutatis ab Esdra literis
 Judaicis patronos, viros alioquin graves & eruditos, quodque, si
 illud melioris notæ & antiqui Chronici Eusebiani codices præfer-
 rent, ab ejus interprete & interpolatore, Hieronymo, potius pro-
 fectum statuere liceret. Hieronymi autem testimonio integram
 & eruditam opposuit Exercitationem Tho. Bangius, quæ *Cæli O-*
rientis tertia est p. 209. ejusque ne moveamur autoritate, notan-
 dum, Hebraica non amplius sapuisse Hieronymum, quam edo-
 ctus fuerat a Magistro suo, Judæo Tiberiensi, qui istud quoque,
 inter cetera Babyloniorum Judæorum placita, amplexus fuerat,
 pro more doctiorum, in Palæstina tunc temporis agentium. Ne-
 que tamen ubique sibi constat Hieronymus, qui *Epist. ad Fabiolam*
de veste sacerdotali, To. IV. Opp. p. 26. laminam Pontificis auream no-
 men Dei Hebraicis quatuor literis, י, Jod, ה, He, ו, Vau, ה, He, in-
 sculptum exhibuisse tradit, eoque characterem quadratum Esdra
 dudum antiquiorem, & Mosi ac Aharoni supparem, haud obscure
 fatetur. Denique VI. Basnagius p. 65 sq. urget Israeliticum Sacerdotem,
 qui ad novam Samariæ coloniam e captivitate missus, librum legis defe-

defe-

deferebat, iisdem haud dubie literis consignatum attulisse, quibus ante hanc gentis cladem, & ab antiquo scriptus legebatur, partim quod colonia illa ex diversis conflata gentibus, non uno uteretur vernaculo charactere, ut in dubio hæsisset sacerdos, cuiam potissimum literaturæ novum abs se adornatum legis codicem accommodaret; partim quod verendum ipsi esset, ne eandem, cum novis colonis, Numinis vindictam incurreret, & præda leonum evaderet, si vel minimum in lege innovaret. Satis itaque hinc constare, Samariticis characteres eos fuisse, quibus antiqua legis exempla erant exarata, quosque constanter posthæc retinuerunt. Resp. Prius illud velut haud gravatim admittimus, ita consequentiam negamus. Quid enim prohibet, quo minus antiquo utique, & quadrato charactere conscriptum afferret sacerdos exemplar, quod tamen posthæc a novis colonis in aliam transfunderetur formam? Neque enim, vel sacerdos ille ex legis volumine literarum ductum, sed legis sensum & genuinam cultus divini rationem, edocere ipsos voluit; vel coloni eandem præcise elementorum adoptarunt rationem, quæ in sacerdotis illius codice obtinebat. Quin, quod Judæis tribuitur, eos linguæ elementa pristina commutasse cum Assyriis, nonne idem multo facilius ac pronius imputari posset Samaritanis, eos quadratum legis characterem in tachygraphicum atque vulgarem, indeque tandem in Samaritanum modernum transfudisse? VII. Elevat tandem Basnagius *p. 71.* controversiæ momentum, nimiamque ac frivolum, circa elementorum antiquitatem, foveri superstitionem causatur. Quid enim interest, Samaritanone, an quadrato & Assyriaco charactere, revelatio divina fuerit scripta? Scripturam nihilo sanctiorem evadere, asserta antiquitate literarum, quibus hodie exaratam tenemus; neque characteres in oracula, vel verba legis ullo modo influere &c. Resp. Utique haud parum referre, utro charactere originaliter lex fuerit scripta, ex Hebraici & Samaritani codicis insigni patet differentia, quam Capellus in *Critica & Clericus suis in Pentateuchum Commentariis* studiose annotarunt, ut constare nobis necesse sit, quodnam pro authentico habendum sit exemplar. Plus vice simplici sensus in utroque plane emergit diver-

P.I. Cap.V.

de lingua

Hebr. S.VI.

P.I. Cap. V. diversus. Accedit, quod ubi eadem in utroque codice comparent
de lingua literæ, puncta tamen, quæ diversa & alia subjici possunt Samarita-
Hebr. S. VI. no, sensum, prorsus diversum gignerent ab Hebræo, qui aliter
 punctatus tum alia omnino eloqueretur. Quantum itaque mo-
 menti situm est in punctis vocalibus, tantum in hac, de caractere
 primævo, quæstione deprehenditur, quod Samaritanorum scri-
 ptura puncta prorsus ignoret, quæ pro lubitu aut ingenio lectoris
 diversimode subjici possunt. Quamvis ergo parum forte faciat
 ad Scripturæ sanctitatem character Hebræus, facit tamen ad sen-
 sus divini, in sacris literis, cum perspicuitatem, tum certitudi-
 nem, in qua utraque plurimum momenti est
 situm.

